

Scientijs amandis , nec colendis litteris , vel armis  
secundus haberis . Et si occasio se offerret , forsan  
priscorum tibi vindice Marte fama moreretur , cū  
eius exaltatione . Tales enim sunt tui corporis , &  
animi virtutes . Nam diuinorum cultor , utraque  
pietate pīus , pauperes ditas , labentes adiuuas , gna-  
tones reijsis , doctos aduocas , nec cuiusquam ma-  
gis , quam illorum affatus te delectat . Nec id ego  
expertus sum modō , sed alijs omnes , idem procla-  
mant : qui tecum , vel plusculum , vel maximum  
conuersati sunt . Agè igitur aquo sequere animo ,  
virtutum tuarum lineas producas , angulos dila-  
tes , basesq; magnifices . In te enim quiddam diui-  
num refulget ab insita natura , ut efferendus mul-  
tis appareas . Nec falsa auguror , nam hac ipsa  
videobo ; at alijs promouebere titulis supra maiorū  
fortunas : non enim fortunate regit , sed sapientia ,  
& solertia maxima . Hinc nos decreuimus , qua-  
lescumque sint disputationes nostra de rebus natu-  
ralibus pro manifestanda veritate , antiquorum  
eratione , & defensione Bernardini Telesij Phi-  
losophi maximi tui , ac incliti Patris tui deuotissi-  
mi ( cum bonis enim viris , & peritis vobis conue-  
nit modo ) tuo nomini dedicare , & sub tutela tua  
edi : hominum enim latratus non horrescent : nec  
quidem si viueret Mecenas , & Alexander mane-  
ret